



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2. Vtrum fuerit necessarium ad reparationem humani generis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

tiam, scilicet uniri Deo in persona, non fuit conueniens carni humanae secundum conditionem suae naturae, & non habetur affirmatiua in conuenientia. Et merito, quia uerè negatur de quacumque creatura conuenientia, & quacumque naturalis potentia ad unionem personalem cum Deo: falso tamen affirmaretur repugnantia aut inconuenientia ad huiusmodi unionem, quoniam neutram partem sibi creatura uendicat. Creatura enim secundum naturam suam conditionem

ARTICULVS II.

Utrum necessarium fuerit ad reparationem generis humani uerbum Dei incarnari.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quod non fuerit necessarium ad reparationem humani generis, uerbum Dei incarnari. Verbo enim Dei, cum sit Deus perfectus (ut in primo habuitur est) nihil uirtutis per carnem assumptam accreuit. Si ergo uerbum Dei incarnatum humanam naturam reparauit, et absque carnis assumptione eam potuit reparare: ¶ 2. Praeterea. Ad reparationem humanae naturae, quae per peccatum lapsa erat, nihil aliud requirere uidebatur, quam quod homo satisfaceret pro peccato: sed hoc, ut uidetur, satisfacere potuit pro peccato: non enim Deus ab homine plus requirere debet, quam possit: & cum pronior sit ad miserendum, quam ad puniendum, sicut

etiam accepta secundum totam rationem meriti in ea fuit bonum finitum: quia non erat bonum increatum, nec per consequens acceptum a Deo infinite ex parte obiecti: quia non fuit Deus beatus amando illam passionem, sicut est beatus amando essentiam suam. Arguitur etiam, quia infinitas offensae non est infinitas simpliciter, sed secundum quid, ergo non satisfaciens infinitum simpliciter, ut est filius Dei, sed infinitum secundum quid exigit: quilibet autem homo amans Deum ex gratia seu charitate, est sic operans infinitum secundum quid, ut patet. Non ergo ex infinitate offensae Dei inferri potest efficaciter infinita efficacia satisfaciens, sic quod sit suppositum diuini, ac per infinitum simpliciter quod tamen in litera fit.

hominem imputat ad poenam actum peccati, ita imputare debet ad meritum actum contrarium. Non ergo fuit necessarium ad reparationem humanae naturae, uerbum Dei incarnari.

¶ 3. Praeterea. Ad salutem hominis praecipue pertinet, ut Deum reueretur: unde dicitur Malach. 1. Si ego pater, ubi honor meus: si dominus, ubi timor meus? sed ex hoc ipso homines Deum magis reuerentur, quod cum considerant super omnia eleuatum, & ab hominum sensibus remotum: unde in Psalm. 112. dicitur, Excelsus super omnes gentes dominus, & super caelos gloria eius. & postea subditur, Quis sicut dominus Deus noster? Quod ad reuerentiam pertinet. Ergo uidetur non conuenire humanae salutis, quod Deus nobis similis fieret per carnis assumptionem.

SED CONTRA, illud, per quod humanum genus liberatur a perditione, est necessarium ad humanam salutem: sed mysterium di-

peccatis humanae naturae, nec ipsiusmet peccasset. Antecedens patet: quia Deo & parentibus non potest reddi aequiualens, ut dicitur 8. Eth. Consequencia est nota: tum quia redditio aequiualens oportet quod sit de non alias debito illi, cui redditur: tum quia, si actus Christi non sufficit ad adequandum beneficia, constat quod nihil superest sibi, quo possit aliorum culpas adequare. Et quia Durandus in uerbis istis insinuat se loqui de Christo secundum quod homo, quasi abstracto a supposito diuino, patet oppositum esse de mente eius, dicit in 4. sent. di. 15. q. 1. tam tertium, quam quartum hic dictum impugnans dicit. Quidam dicit, quod licet homo ex se non possit satisfacere reddendo aequiualens: potest tamen ex hoc, quod sibi coicatur meritum passionis Christi, quod fuit aliquo modo infinitum: sed primum, quod nullus possit reddere aequiualens simpliciter, uidetur melius dictum: quia nec ipse Christus secundum quod homo, potuit Deo reddere aequiualens beneficijs acceptis. cum ergo quicquid erat in Christo secundum humanam naturam esset totum obligatum Deo, & ei debitum, non potuit esse satisfactio de condigno pro quocumque peccato, considerando naturam operis vel rei: sed solum secundum gratitiam acceptationem Dei. haec ille. Vbi patet ex hoc ipso, quod impugnat positionem dicentem, quod satisfactio Christi est infinita, quod non loquitur de Christo secundum quod homo, abstracto a supposito diuino: quoniam positio illa tenet infinitate esse in opere Christi humano quidem, sed ratione suppositi, cuius est operari: sed loquitur de Christi satisfactio, quam mediante natura assumpta efficit, tam gratias agendo, quam ad adequandum peccata. ¶ Contra quartum dictum, quod omnis alia satisfactio efficax est ex satisfactioe Christi, occurrit ipsemet auctor in 4. sent. dist. 15. q. 1. artic. 2. ad primum, dicens. Alij dicunt, quod etiam quantum ad auersionem, pro peccato satisfieri potest, uirtute meriti Christi, quod quodammodo infinitum fuit. Et in hoc idem reddit quod prius dictum est, scilicet quod non potest satisfacere secundum aequalitatem, sed secundum acceptationem diuinam: quod per fidem mediatoris gratia data est creditibus: si tamen alio modo gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum praedictum. Vbi patet quod auctor idem dat iudicium de satisfactioe mea, siue habeam gratiam per fidem Iesu Christi, siue aliunde habere gratiam, ac per hoc non fit ex satisfactioe Christi satisfaciens simpliciter, sed solum secundum acceptationem, cuius oppositum hic docere uidetur. Et similiter non fit ex satisfactioe Christi efficax, cuius oppositum expresse hic docet.

¶ Ad horum euidentiam aduertendum est, quod quaestio de satisfactioe pro peccato tria habet in hoc opere loca, primum est hic, ubi de necessitate incarnationis per reparatioe humano genere tractat. Secundus est inferius, ubi de necessitate passionis Christi tractat. Tertius

3. di. 4. q. 3. ar. 1. ad 3. & 4. ad 3. & di. 43. ar. 2. q. 2. ad 1. & 4. con. c. 55. 2. Et Pl. 45. 2. par. q. 4. 2. ubi 2.

¶ Super questionis prima articulum secundum.

Inti. ar. 2. nota quod in hoc articulo non queritur absolute, an Deum incarnari fuerit necessarium, sed in 1. ar. fuit quaestio de incarnationis conuenientia absolute.

sed queritur hic de necessario ad certum finem, scilicet reparationem humanam: supponitur enim hic genus humanum lapsum perdidisse salutem suam, & queritur an ad reparationem ipsius necessarium fuerit Deum incarnari. Et scito, quod quaestio ista tractatur a magistro sentiarum in 3. sent. dist. 20. respectu tamen passionis Christi.

¶ In corpore articuli quatuor sunt. Primo, ponitur distinctio bimembris de necessitate ad aliquem finem. Secundo, iuxta primum membrum ponitur prima conclusio negatiua, & probatur ex ratione diuinae potentiae. Tertio, iuxta secundum membrum ponitur secunda conclusio affirmatiua, & probatur simul cum prima auctoritate Aug. Quarto, probatur sola secunda conclusio tripliciter. Primo, de utilitate ad promotionem ad bonum quintuplex, scilicet fidei, spei, charitatis, operis recti, & diuini confortii. Secundo, de utilitate remotiua mali etiam quintupliciter, scilicet uirtutis diabolicae, deiectionis propriae, praesumptionis, superbiae, seruitutis peccati. Tertio, quia sunt plurimae aliae incomprehensibiles homini utilitates. Et contextus literae clarus est ualde.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 2. ar. dubia multa occurrunt circa multa ibi dicta, dicuntur siquidem ibi quatuor. Primo, quod purus homo non potuit sufficienter adequando culpam commissam satisfacere pro peccato. Secundo, quod una huius ratio est quia peccatum contra Deum commissum habet quandam in finitatem ex officio diuinae maiestatis. Tertio, quod satisfactio Christi est perfecta secundum adaequationem ad culpam commissam. Quarto, quod omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a satisfactioe Christi. Et horum singula suas habent obiectiones.

¶ Contra primum siquidem arguit Scotus in 4. sent. di. 15. q. 1. satisfactio est redditio aequiualens pro aequiualens: sed quantum malum fuit auersio a Deo per peccatum, tantum bonum est conuersio ad Deum per charitatem, ergo purus homo potuit aequiualens reddere. Praeterea, quantum bonum natum fuit in effectu actui meo, tantum bonum & non plus abstulit peccatum meum, & tantum bonum potest in effectu actui secundo, ergo, per illum actum omnino aequiualens redditur. Tertio, Deus de potentia absoluta potuisset dare peccatori post attritionem tanquam dispositionem & meritum de congruo gratiam, per quam motus eius fieret contritio, & sic per satisfactioem aequiualens deleuisset peccatum; quia per illum actum redderet Deo aequiualens illi bono, quod abstulit peccatum. Affert quoque Capreolus in lib. 1. dist. 4. argumentum Aureoli: sed in idem redit cum dictis.

¶ Contra secundum dictum, scilicet quod infinitas offensae causat impossibilitatem satisfaciendi puro homini, arguit Scotus ibidem. Si infinitas in peccato prohibet satisfactioem possibilem, etiam prohiberet eam positam in passione Christi, quia passio Christi

Tertius est in tractatu de sacramento poenitentiae, ubi de tertia illius parte, quae satisfactio est, tractandum est. Et in hoc ultimo loco de satisfactione pro peccato actuali directè tractandum est: in primis autem duobus communis tractatur, quia de satisfactione etiam pro peccato originali tractatur. Vnde in

presenti littera duas rationes auctor attulit ad ostendendum, quod purus homo satisfacere non potuit pro peccato, quarum prima directè respicit peccatum originale: secunda autem communitè de peccato sub quo tam originale, quam actuale, quod est simpliciter peccatum (quod constat solum esse morale) comprehenditur, loquitur. hinc fit, ut onus hoc in loco acceperim differendi de satisfactoris sufficientia, non enim ratione secundam litteram: & conclusionem illius pertransire potui sine huiusmodi discussione. Et nisi objectiones argumentum exigerent, conclusionem ut ex illa secunda, quae impugnat, ratione tantum tractarem, nec immiscerem vinculum de debito gratitudinis vinculo satisfaciendi, sicut nec auctor hic miscet, sed referentem hanc tractari de poenitentia. Vnde, ut objectionibus fiat satisfactio & de hoc, quantum oportet hic scire. Et quoniam in primo dubio auctor non videtur intellexisse, ideo sensus litterae praedecelerandus est. Purus homo in hac quaestione intelligitur non solum per exclusionem coniunctionis cum diuino supposito, sed etiam per exclusionem diuinae misericordiae gratificantis opus hominis ad hoc, quod Deum acceptum sit. Probo singula ex littera. Exclusio diuini suppositi patet, quia purus homo distinguitur contra Christum Deum, & hominem. Exclusio diuinae misericordiae gratificantis opus ad hoc, quod sit acceptum, patet, quia satisfactio per aequalitatem distinguitur contra satisfactionem per gratiam acceptantis. Ex hac enim distinctione iuncta prima patet, quod cum dicitur, Purus homo satisfacere non potest secundum aequalitatem pro peccato, & similiter quod Christus satisfacere potest pro peccato secundum aequalitatem: sensus est, quod seculata misericordia Dei acceptantis opus alicuius pro satisfactione, loquendo de uiribus puri hominis, & uiribus Dei & hominis, purus homo non potest satisfacere: Deus & homo potest satisfacere. Et licet hic sensus sit sufficienter probatus ex littera, & manifestus sit ex hoc, quod est uere formalis de puro homine, ut satisfactor ipsi Deo pro peccato, & de Deo & homine ut satisfactor Deo pro peccato: amplius etiam manifestatur auctoritate auctoris in 4. sententia, distinctione 15. quaestione prima, articulo secundo ad primum, ubi habet haec uerba. Sicut offensa habuit quandam infinitatem diuinam maiestatis: & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinae misericordiae, prout est gratia informata, per quam Deo acceptum redditur, quod homo reddere potest, haec ille. Vbi clare uidet, quod diuina misericordia gratificans satisfactione e regione ponitur contra id, quod homo reddere potest, & quod constat per misericordem gratiam satisfactionis uim assequi, & satisfactionem etiam infinitam quodammodo esse. Confirmaturque idem sensus ex diuino Theologiae compendio ad fratrem Rainaldum in 2. part. in capit. 16. Vnde patet primo, quod omnia argumenta inferentia, quod homo concurrere gratia, seu charitate potest satisfacere pro peccato, non sunt contra auctorem intellectum: sed contra ipsum non uere, nec formaliter intellectum. Patet secundo differentia aliorum ab auctore. nam alii doctores charitatem seu gratiam ad satisfactionem concurrentem, ex parte hominis satisfactoris posuerunt: & ideo dixerunt purum hominem posse pro peccato satisfacere. Auctor uero gratiam, & charitatem ex parte diuinae misericordiae gratificantis, ac per hoc acceptantis opus humanum posuit, hominemque purum cum suis uiribus, & similiter Deum & hominem cum suis uiribus ex parte satisfactoris posuit: & ideo dixit illum non posse, Christum uero posse satisfacere. Et salua illorum concordantia, dupliciter reprehensibiles sunt

& quia contra positionem auctoris apposuerunt suam ut contrariam, in quo inonstratur non penetrasse eos hanc positionem: & quia non formaliter de puro homine, & de Deo homine ut satisfactoribus simpliciter, vel secundum acceptationem diuinae misericordiae locuti sunt, ut auctor fecit: & propterea tanquam

rat humanam naturam multis alijs modis reparare. Secundo autem modo necessarium fuit, Deum incarnari ad humanam naturam reparationem. Vnde Augustinus dicit 13. de Trini. cap. 10. Verum etiam ostendamus, non alium modum possibilem Deo defuisse (cuius potestati omnia aequaliter subiacent) sed sanandae miseriae nostrae conuenientiorè alium modum non fuisse. Et hoc quidem considerari potest, quantum ad promotionem hominis in bonum. Primo quidem, quantum ad fidem, quae magis certificatur ex hoc, quod ipsi Deo loquenti credit. Vnde Augustinus dicit 11. de ciui. Dei. Ut homo fidentius ambularet ad ueritatem, ipsa ueritas Dei filius homine assumpto constituit atque fundauit fidem.

ius bonum potens illi inesse, quam possit secundo reponere in seipso, quia ut meus actus est peccatum mortaliter tollens charitatem, & ut meus actus numquam poterit charitate informari, iuxta illud Olee 13. Perditio tua ex te, salus autem ex me. Et propterea cum dicitur, tantum bonum potest inesse actui secundo, negetur loquendo de actu secundo, ut est hominis, ut distinguitur contra Deum gratificantem, nam loquendo de homine, ut includit actum gratificantem, satisfaceret quidem secundum acceptantis gratiam, & non secundum aequalitatem eius, quod redditur. Ad tertiam dicitur admittendo casum, & subiungendo, quod in tali casu, quia gratia se tenet ex parte Dei, cui satisfactio fieri debet, ideo non esset satisfactio ex parte hominis: sed ex parte Dei acceptantis per suam gratiam, ut dictum est. Et ratio est, quia satisfactio peccatoris sufficiens simpliciter, habet non pro principio, sed pro termino recuperationem diuinae placationis: quia ad hoc constat satisfactionem pro offensa illata alicui ordinari, alioquin non reparatur amicitia per satisfactionem. Est ergo charitas per satisfactionem acquirenda ab ipso Deo, & non praesupponenda: & si eius praesumptionem misericordem praesupponis, iam non est satisfactio, nisi ex misericordia praesumentis, ut sit sufficiens satisfactio: homo autem satisfactio distinguitur contra satisfactionem per aequalitatem. Vnde idem est satisfactori concedere gratiam, quia actus suus fiat satisfactio, & satisfactionem illius insufficientem, ex misericordia acceptantis. Et est implicatio in adiecto, dicere, quod homo potest satisfacere simpliciter Deo pro commisso peccato, & quod hoc potest per charitatem ex diuina misericordia faciente de atrito contritum: quia ipsum informari charitate ex gratia Dei constituit, non praesupponit satisfactionem, ac per hoc satisfactio talis non est sufficiens, nisi ex acceptatione diuina, quae distinguitur contra satisfactionem simpliciter.

Ad secundi quoque, dubij obiecta, ex eadem radice patet responsio, quantum ad sensum litterae: nam infinitas offensa ex hoc, quod Deus est offensus, causat impossibilitatem satisfaciendi simpliciter in puro homine, ut dictum est, sed excludit diuinum suppositum, & diuinam misericordiam gratificantem. Quantum autem ad id, quod obiecto Scoti tangit de infinitate meriti, seu satisfactionis Christi, in sequenti dubio explicabitur.

Ad altera uero obiectio directè contra rationem litterae respondetur, quod infinitas offensa licet sit infinitas non simpliciter, hoc est in genere entis, sed quaedam, hoc est in genere mali: est enim offensa Dei malum infinitum, sicut linea infinita esset quantitas infinita. Et huiusmodi infinita si appellentur infinita pro quid, quia distinguuntur contra ens infinitum simpliciter, quod est solus Deus, conceditur, quod infinitas offensa est infinitas secundum quid: & quod ipsam adaequaret infinitas etiam secundum quid actus charitatis in Deo, si satisfactor aliquis ex propriis uiribus posset talem actum exhibere Deo offenso. Sed quia non solum purus homo, sed nec quaecumque pura creatura ad hoc se potest extendere: ideo oportet, satisfactorem esse infinitum simpliciter, qui, lex propriis uiribus possit actum infinitum secundum quid adaequarem offensa

Lib. 11. ca. 10. non longe a princ. to. 3. Lib. 11. ca. 2. a med. to. 5. A 3 infinitam

Arifl. 5. metaph. ext. 6. tom. 3.

Ad primi ergo dubij obiectioem ex Scoto dicitur, quod antecedens est uerum: ut patet ex allegatis uerbis auctoris ex 4. sent. sed consequentia negatur: quia quod est de puro homine ut satisfactore per aequalitatem, excludendo diuinam gratificationem acceptantis: consequentia autem infert de homine, non excludendo, sed includendo diuinam misericordiam acceptantis per gratiam, ut patet. Ad secundum dicitur, quod formaliter loquendo, actus meus, ut me, naus est tollere legem maius bonum potens illi inesse, quam possit secundo reponere in seipso, quia ut meus actus est peccatum mortaliter tollens charitatem, & ut meus actus numquam poterit charitate informari, iuxta illud Olee 13. Perditio tua ex te, salus autem ex me. Et propterea cum dicitur, tantum bonum potest inesse actui secundo, negetur loquendo de actu secundo, ut est hominis, ut distinguitur contra Deum gratificantem, nam loquendo de homine, ut includit actum gratificantem, satisfaceret quidem secundum acceptantis gratiam, & non secundum aequalitatem eius, quod redditur. Ad tertiam dicitur admittendo casum, & subiungendo, quod in tali casu, quia gratia se tenet ex parte Dei, cui satisfactio fieri debet, ideo non esset satisfactio ex parte hominis: sed ex parte Dei acceptantis per suam gratiam, ut dictum est. Et ratio est, quia satisfactio peccatoris sufficiens simpliciter, habet non pro principio, sed pro termino recuperationem diuinae placationis: quia ad hoc constat satisfactionem pro offensa illata alicui ordinari, alioquin non reparatur amicitia per satisfactionem. Est ergo charitas per satisfactionem acquirenda ab ipso Deo, & non praesupponenda: & si eius praesumptionem misericordem praesupponis, iam non est satisfactio, nisi ex misericordia praesumentis, ut sit sufficiens satisfactio: homo autem satisfactio distinguitur contra satisfactionem per aequalitatem. Vnde idem est satisfactori concedere gratiam, quia actus suus fiat satisfactio, & satisfactionem illius insufficientem, ex misericordia acceptantis. Et est implicatio in adiecto, dicere, quod homo potest satisfacere simpliciter Deo pro commisso peccato, & quod hoc potest per charitatem ex diuina misericordia faciente de atrito contritum: quia ipsum informari charitate ex gratia Dei constituit, non praesupponit satisfactionem, ac per hoc satisfactio talis non est sufficiens, nisi ex acceptatione diuina, quae distinguitur contra satisfactionem simpliciter.

infinitam fm quid, exhibere Deo. Et ideo optime, & efficaciter F in litera ex infinitate offensae Dei inferitur, quod oportet satisfactoria simpliciter esse non solum hominem, sed etiam Deum, vt sic ex propriis viribus exhibeat actum infinitae efficaciae.

¶ Ad tertium dubium respondetur, quod actiones Christi humane, scilicet amare Deum, uoluntarie pati, & humiliter di, habent duas conditiones. Altera est, quod sunt res quaedam creatae, & sic sunt finita entia simpliciter: non enim sunt Deitas. Altera est, quod sunt tres personae diuinae, vt proprii suppositi cuius sunt, & sic sunt infinita entia personaliter: & sunt infinitae efficaciae in tali genere, puta, meriti seu satisfactionis, ex hoc ipso, quod sunt opera ipsius Dei, vt proprie personae exercentis opera illa. Et ex hoc patet primo solutio obiectionis secunda in dubio praecedenti, nam passio Christi licet fuerit bonum finitum essentialiter: fuit tamen bonum infinitum personaliter, & propterea fuit infinitae efficaciae in satisfaciendo: nullum autem cuiuscumque purae creaturae meritum est infinitum personaliter. Patet deinde huius certum dubium veritas: quoniam ex hoc ipso, quod persona Christi soluit pro peccato, satisfactio ipsa est in finita personaliter, ac per hoc adaequans offensam infinitam ex infinitate maiestatis offensa. Et sicut adaequat offensas totius mundi contra diuinam maiestatem: ita adaequat beneficia collata toti vniuerso a Deo gloriosissima quae actio Christi ex hoc ipso, quod est infinita personaliter, sufficiens est ad adaequandam, & excedendum omnia tam naturae assumptae, quam reliquo vniuerso collata beneficia: & similiter ad excedendum offensas totius mundi in Deum: quoniam quanto maior est satisfactor, aut gratiarum actor, tanto efficacior est. Si ergo in infinitum excedit omnes peccatores, & omnes creatas res, consequens est, quod sufficiat pro omnibus, & excedat omnia. Vnde Christus sufficienter gratias agit Deo pro omnibus beneficiis suae humanitati collatis: & satisfecit pro peccatis totius mundi ex hoc ipso, quod persona diuina agebat gratias, & satisfaciebat: quia persona diuina excedit in infinitum haec omnia. Et nihil obstat, quod persona diuina mediante humana natura haec operabatur: nam humana opera, supra hominem operabatur diuine scilicet, vt inferius clare patebit, cum de infinitate operum Christi, & modo operandi eiusdem erit sermo. Et licet ad Deos, & parentes non possit reddi aequalens a creatura: potest tamen reddi aequalens a diuina persona incarnata. Et rursus licet quanto magis creatura gratias agit Deo, tanto magis Deo obligetur, quia ipsa gratiarum actio noui

li. 13. cap. 10. non procul a prin. tom. 3.

Capit. 4. in prin tom. 3.

Eod. li. & c. 4. no procul a prin. tom. 4.

In fer. 9. circa princ. illius, & est serm. 13. in ordine. tom. 3.

In 3. ca. 17. circa princ. tom. 3.

est beneficium, quod tunc accrescit creaturae ex diuina largitate: quia tamen in personam diuinam in se nullum redundat beneficium ex gratiarum actione, sic nec vllum est sibi a principio incarnationis praestitum beneficium: ideo ipsa ex hoc ipso, quod humanos actus diuinos personaliter exhibet Deo, omnia creaturae sufficienter adaequat & excedit. Vbi scito, quod quia verbum caro, ex propriis viribus sine personae habet charitatem, & gratiam in anima informante carnem assumptam (iuxta illud, Quasi vniuenti a patre plenum gratiae, & veritatis) charitas non se tenet in Christo ex parte Dei, vt cui satisfaciendum est, sicut in ceteris hominibus dictum est ante computari: sed se tenet ex parte personae satisfaciens, hoc est ipsius Dei, vt satisfactor est. Et propterea non potest de Christi satisfactione dici, quod est aequalens per acceptationem, & non per aequalitatem, sicut de aliorum satisfactionibus dictum est.

Cap. 36. non procul a princ. tom. 3.

In serm. 1. post med. illius, incipit hic sermo saluatoris etc.

Li. 13. ca. 17. ante med. tom. 3.

Eod. lib. & cap. habetur post med. ius. f. lib. 13. de Tri. cap. 17. tom. 3.

In serm. 1. post med. ius.

Vnde Aug. dicit in li. de vera relig. ¶ Demonstrauit nobis Deus quod excelsum locum inter creaturas habeat humana natura, in hoc quod hominibus in vero homine apparuit. Et Leo Papa dicit in sermone de nati. \* Agnosce o Christiane dignitatem tuam: & diuinae confors factus naturae, noli in veteri vilitate degeneri conuersatione redire. Tertio, quod ad presumptionem hominis tollendam, gratia Dei nullis meritis praecedentibus in homine Christo in nobis commendat, vt dicit in 13. de Tri. ¶ Quarto, quod superbia hominis, quae maxime impedimento est, ne inhereatur Deo, per ranciam Dei humilitate redargui poterat; sanari, vt dicit Aug. ibi. ¶ Quinto, ad liberandum hominem a seruitute peccati, quod quidem, vt Aug. dicit in 13. de Tri. ¶ fieri debuit sic, ut diabolus iustitia hominis Iesu Christi superaretur, quod factum est Christo satisfaciendo pro nobis. Homo autem purus satisfaciendo non poterat per toto humano genere: Deus autem satisfaciendo non debebat: vnde oportebat Deum, & hominem esse Iesum Christum. Vnde Leo Papa dicit in sermone de nati. \* Suscipitur a virtute infirmitas, a maiestate humilitas, vt quod nostris remedijs cogrueret, vnde atque idem Dei, & hominum mediator, & mori ex vno, & resurgere posset ex altero. Nisi enim cisset verus Deus, non afferret remedium: nisi esset verus homo, non preberet exemplum. Sunt autem & aliae plurimae utilitates, quae consequuntur, supra apprehensionem sensus humani.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procedit secundum primum modum necessarii, sine quo ad finem perueniri non potest.

AD SECVNDVM dicendum, quod alia satisfactio potest dici dupliciter sufficiens. Vno modo perfecte, quae est

simpliciter, sed secundum acceptationem, quia charitas se tenet ex parte Dei acceptantis, & communicatio satisfactionis Christi misericorditer mihi fit, non transferendo aequalitatem simpliciter in meam satisfactionem, sed plus & minus, participantem Christi satisfactionem constituendo: ideo non est sensus huius litterae, quod satisfactio mea habeat efficaciam aequalitatis simpliciter ex satisfactione Christi, vt obiectum eius est sensus, quod habet ex satisfactione Christi efficaciam, sicut imperfecta participatio habent a perfectis esse, & posse: sicut ignita habent ab igne efficaciam. Nec in 4. sententia auctor contrarium dicit: sed dicit hoc, quoniam docet, quod quantum ad hoc, quod est, satisfactio mea non esse sufficientem simpliciter, sed per acceptationem diuinam, in idem redit, dicere, quod satisfactio mea est ex charitate, & ex communione passionis Christi. Et hoc verum est: quia ex neutro capite redditur sufficiens in se simpliciter. Cuius fidei aut quoque ibidem auctor satisfactionem meam, vt est ex merito Christi per communionem gratiae, & charitatis: & ideo dixit quod

K

quod si aliunde gratiam quis haberet eodem modo, scilicet secundum acceptationem satisfactionis autem aliter, & formaliter contemplans est satisfactionem Christi, ut perfectam simpliciter in ordine satisfactionum, & addidit priori doctrinam, quod hinc omnis puri hominis satisfactio sustentatur super satisfactione Christi: ita

quod si quis aliunde gratiam haberet, non ut membrum Christi, satisfactio eius esset secundum acceptationem ex divina misericordia per charitatem gratificante illi: sed non haberet efficaciam ex satisfactione Christi: & ideo imperfectior esset. Mea autem satisfactio, quia membrum Christi sum, efficax est & ex charitate, & ex satisfactione Christi. Et quia ex Christi capite, & nobis membris constituitur una persona mystica, ideo satisfactio mea coniuncta satisfactio Christi fit equalis simpliciter, ut est satisfactio mystice personae immo & quandoque superexcedit iuxta illud ad Coloss. 1. Adimpleo ea, quae desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

Super Quaestiones prima. Articulum tertium.

In articulo 3. eiusdem quaestio. duo sunt: primo, referuntur diversae opiniones circa quaestum: secundo, respondetur quaestio, praefertendo secundam opinionem duabus conclusionibus, altera de facto, directe responsiva quaestio negativae, altera de possibili asserente partem affirmativam. Prima conclusio est, Peccato non existente incarnatio non fuisset. Probatur, in sacra scriptura ubique incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignatur, ergo incarnationis opus ordinatum esse a Deo in remedium peccati, convenientius dicitur, ergo peccato non existente, incarnatio non fuisset. Antecedens pro evidenti affirmatur. Prima consequentia probatur, quia ea quae ex sola Dei voluntate supra omnem debitum creaturae promittunt, nobis non innotescunt, nisi quaeramus in sacra scriptura (in qua divina nobis voluntas manifestatur) traduntur. Secunda conclusio est, Deus postisset peccato non existente incarnari. Probatur, quia potentia Dei non limitatur ad hoc, scilicet quod incarnatio fit in remedium peccati.

Circa verba literae nota duo: primo, quod ly, convenientius, comparationem exercet respectu alterius opinionis contrariae, ita quod ex revelatis in sacra scriptura de divina voluntate, convenientius dicitur pars negativae, quam affirmativa: secundo, quod auctor loquitur de opere incarnationis ut sic & non ut redemptio, & liberatio, ut Scotus glossandas dicit auctoritates dicentes, quod sine peccato non fuisset incarnatio.

In responsione ad tertium, nota distinctionem de potentia naturali, & de potentia obedienciali hinc sumi, & quomodo distinguantur, quod naturalis infra ordinem naturalium sitit: obediencialis vero secundum ordinem a divina potentiam attenditur, illa semper impletur, ista quandoque impletur, & quandoque non impletur.

In responsione ad quartum eiusdem articulo 3. dubium occurrit, primo, circa illam propositionem, praedestinatio praesupponit praesentiam futurorum, quia falsa est. Nam praedestinatio Petri non praesupponit praesentiam Petri praedestinati, aut salvandi: sed e contra, praesentia Petri salvandi praesupponit praedestinationem Petri, ut patet ex hoc, quod ideo scilicet Deus Petrum salvandum, quia praedestinavit eum, & non ideo praedestinavit Petrum, quia praevideit Petrum salvandum, ut patet ex prima parte, q. 23. artic. 5. ubi determinatum est, quod praesentia meritum non est causa praedestinationis.

Dubium secundo occurrit, quia impertinens est solutioni argumenti de praedestinatione Christi, quod supponatur praesentia

ria futurorum, quia sine praesupponatur sine non oportet ex voluntate divina reddere rationem, quare praedestinatus est per tale medium, vel sub tali ratione, ut in corpore huius articuli fit, & non ex parte intellectus praedentis: praevio enim non est ratio futuri effectus, ut patet.

Et hoc modo satisfactio puri hominis est sufficiens. Et quia omne imperfectum praesupponit aliquid perfectum, a quo sustentetur, inde est, quod omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a satisfactione Christi.

Ad tertium dicendum, quod Deus assumendo carnem, suam maiestatem non minuit, & per consequens non minuitur ratio retententiae ad ipsum, quae augetur per augmentum cognitionis ipsius. Ex hoc autem, quod nobis appropinquare voluit per carnis assumptionem, magis nos ad cognoscendum attraxit.

ARTICULVS III.

Utrum si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

gloria illi, quem vult esse proximum finem, quia aliter vult gloriam, & gratiam, quam praevideat illi opposita istorum habitum scilicet gratiae, & gloriae, ergo prius vult animam Christi gloriam quam praevideat Adam calurum. Tertio, redemptio sine gloria animae redimenda non est tantum bonum, quantum est gloria animae Christi, ergo non propter solam istam causam videtur Deus praedestinasse illam animam ad tantam gloriam. Quarto, quia non est verisimile tantum summum bonum in entibus esse tantum occasionatum, sed minus bonum. Quinto, non est verisimile Deum prius praedestinasse Adam ad tantum bonum, quam Christum, quod tamen sequeretur. Immo vltius sequeretur absurdum, si Deus praedestinando Adam ad gloriam, prius praevideat ipsum calurum in peccatum, quam praedestinasset Christum ad gloriam, si praedestinatio illius animae tantum esset pro redemptione aliorum: quia redemptio non fuisset, nisi casus, & delictum praecessisset. Et hoc fit sextum Scoti argumentum. Ex quibus concludit Scotus quod prius natura, quam aliquid praevideatur circa peccatorem, sine de peccato, sine de pena. Deus elegit ad celestem curiam omnes, quos habere voluit, sine angelos, sine homines in certis, & determinatis gradibus, & nullus est praedestinatus tantum, quia alius praevius est calurum, ut sic nullum oportet gaudere de lapsu alterius. Et hoc pro se primo argumento.

Ad evidentiam horum sciendum est, quod haec propositio, praedestinatio supponit praesentiam futurorum, potest intelligi primo respectu omnium futurorum, & sic videtur non intelligibilis: nam praedestinatio Petri non praesupponit praesentiam futuram gloriae Petri, quod patet sic. Praesentia futuri praesupponit futurum sub ratione futuri, quod dicitur in 1. Post quod non est non potest sciri: gloria autem Petri est primo futura per praedestinationem, ut patet, est igitur secundum naturam ordinem primo praedestinatio Petri ad gloriam, & ex hoc gloria Petri est futura, & sic praevideatur a Deo. Supponit ergo praesentia alicuius futuri praedestinatione, ac per hoc praedestinatio non praesupponit praesentiam omnium futurorum. Secundo, potest intelligi de praedestinatione quod ad constituta per praedestinationem, & praesentiam respectu aliorum futurorum, ita quod sensus est, praedestinatio, ut respicit praedestinata, praesupponit praesentiam futurorum non praedestinatorum, sed eorum, quae praesupponuntur, vel ordinantur per praedestinationem. Et sic propositio est vera. Quam ut clarus intelligas distingue inter effectus praedestinationis, quoniam quidam sunt non solum ordinati, sed constituti per praedestinationem, ut gloria & gratia, & vniuersaliter finis, & media ut sic: quidam autem sunt solum ordinati contra praedestinationem, ut anima illius hominis, qui est sanctus Petrus, & reliqua spectantia ad naturalem ordinem uniuersi: haec enim futuri ratione

Tertia S. Thomae. A 4 habent

3. dist. 1. q. 1. art. 3. et 4. di. 23. art. 2. q. 1. 2. Et sic 21. q. 23. art. 4. ad 3. & 1. Ti. 1. co. 11. fi.